

præventio. Tondut. d. cap. 2. num. 1. Vide infra, num. 11.

- 3 Quæritur inde, an Domini possint uti in solidum jurisdictione, ita ut quisque de causis, in quibus prævenerit, solus cognoscatur. Affirmant non pauci, ut videre licet apud Boër. *decis.* 5. Jacob. de S. Georg. *ubi sup.* At quidam sentiunt, id Dominis non licere, sed quod debent inter se convenire, quis sit administraturus; alioqui auctoritate publica superiores compelli poterunt, ut usum jurisdictionis partiantur, constituentes communis suffragio judices, vel alio modo, ne vasalli vexentur pluralitate jurisdictionem exercentium. Vide Peguera *decis.* 10.

*Ad Num. 1.*

- 4 Huic posteriori sententiae adhaerent cum D. Covar. Boër. *d. tract. de cust. clavum.* num. 65. 66. Cancer. *variar. part. 2. cap. 2. num. 78.* Morquech. *sup. num. 7.* Jac. à S. Georg. num. 2. & 5. ubi probat. Hæc aliter se habent in judicibus, seu Dominis, qui jure hereditatio, aut alio jurisdictionem nanciscuntur: secus erit in magistratis à Principe, vel lege constitutis, qui valent in solidum jurisdictionem exercere, ut præter D. Covar. observat hoc discrimen Jac. à S. Georg. *sup. num. 1.* tametsi aliud sentire videatur D. Solorz. *sup. tom. 2. cap. 3. num. 44.* ubi ait, jurisdictionem individuum ideo non posse integraliter uno, eodemque tempore apud duos judices, aut Magistratus confitetur: quod ita est in exercitio, & actu quo certam causam ac personam, quia simul a diversis judicibus molestari prohibetur aliquis.

- 5 Quæritur, an Dominus territorii punire posset delinquentem in illo ejusdem jurisdictionis consortem. Et negativam partem communis amplectitur. Consule Bart. in l. *Tres tutores, de administ. tutor.* Greg. Lop. in l. 16. *gloss. ult. tit. 28. part. 3.* Bald. in cap. *Præterea, de probib. feud. alien. per Feder.* Cancer. *variar. part. 2. cap. 2. num. 79.* Sed limitatur si periculum imminaret ex mora. Hanc, & alias limitationes reperies apud Greg. Lop. & ceteros.

- 6 Si quis vasallus emerit ab uno ex Dominis partem territorii, & jurisdictionis ad illum attinetis, eximitur à Condominorum subjectione, nisi ipse ab iis proprietates, seu possessiones habuerit, propter quas adhuc subditus permanebit. Cancer. *sup. part. 3. cap. 13. num. 306.*

*Ad Num. 2.*

- 7 Quamquam, ut D. Covar. ex communis prædictu in principio, nihil referat ad usum jurisdictionis non divisum, quis ex Condominis majorum partem in territorio obtineat; tamen multum interest quoad poenam pecuniarias, & alia commoda, quia sunt jurisdictionis fructus; nam hæc non pro virili, sed pro rata dividi debent pro portione, quam quisque Dominus ex territorio, ac jurisdictione habet: nec respiciendum ad causas per Dominos decisas, quia licet minorum partem possidens de pluribus causis præveniendo cognoverit, non ideo ex poenis plus capiet, quam pro sua portione illi debetur. Boër. *decis.* 5. num. 6. Alex. *conf. 25. à num. 4.* Morquech. *d. cap. 5. num. 9.* Tondut. *d. cap. 2. numero 10.*

- 8 Unde si quis remiserit poenam pecuniariam delinquenti, quod facere nequit in loco præjudicium,

imputabitur illi in portionem ex fructibus jurisdictionis eidem competentem. Boër. *numero 7.*

Præterea, qui pro majori parte jurisdictionem habet, presertim, ut ipsi militiae administratio, ac civitatis custodia bello imminente committatur. Boër. *decis.* 5. *num. 4.* et si alias singulis Dominis clavis portæ oppidi tradi debeat. Boër. *de custod. clav. num. 65.*

*Ad Num. 3.*

Divisio jurisdictionis quoad exercitum diversimodè fieri potest: per tempus, ut quisque Dominus alternatim ad annum, aut biennium suo munere fungatur: per territorium, designatis limitibus, intra quos singuli jurisdictionem exercant: per vasallos, ut si convenerit, quod alius de causa Nobilium, & alius de ignobilium cognoscatur. Tondut. *d. cap. 2. num. 5.* & modus dividendi per tempus magis aptus videtur. Tondut. *num. 10.* Divisio autem facienda est vel uno ex Dominis postulante, et si reliqui dissentiant, ut probat Morquech. *d. cap. 5. num. 6.*

Perfecta quomodolibet divisio, etiamsi jurisdictione ipsa penes condonatos insolidum perseveret, ejus tamen usus ita impeditus existit, ut si quis ex illis adversum divisionem formam de causa cognoscatur, quæ ad eum non pertinet, processus ipso jure sit nullus, nec erit præventioni locus. Tondut. *d. cap. 2. ex num. 11.*

Si per tempus fiat divisio, causa cæpta in anno unius Domini definiri debet in sequenti per alterum, vel ejus officiale, quoniam eadem est jurisdictione. Tondut. *num. 13.*


Semel absoluta ejusmodi divisio poterit resuspendari, ac iterum repeti, si expedierit, ut viteretur scandalum, aut grave aliud inconveniens à modo administrationis ortum. Morquech. *numero 10.* ex Cravet. *conf. 264. volum. 2.*

Ubi territorium inter Dominos ad exercendam jurisdictionem separatur, posset dubitari quomodo expedienda divisio; nam sunt variae opiniones circa formam ejus. Prima, quæ est communis Canonistarum, docet quod major dividat, & minor eligat, *ex cap. 1. de Paroch.* pro qua plures laudat Barbosa in *collect. ibi, num. 3.* Sed ea à legum Professoribus communiter reprobat, ut ex aliis tradit Barbosa *ibidem, vers. Ceterum.* Secunda habet, forte divisionem peragendam. Tertia electionem tribuit habenti in re dividenda majorem partem, ut videat licet apud Barbosam sequaces referentem *d. num. 3. vers. Ceterum, & vers. Aliu verò.* Quarta denique frequentior, anterior ac tenenda in praxi sententia cum D. Covar. divisionem arbitrio judicis relinquit, quam tueruntur Tuschi. *lit. D. concl. 530.* Menoch. *de arbitrar. cas. cap. 123. n. 11.* Villalob. *Ærar. comm. opin. lit. D. num. 98.* Morquech. *de divis. bonor. lib. I. cap. 2. num. 57.* Gratian. *disceptat. cap. 160. num. 22.* Barbosa *sup. vers. Ultima fuit.* ubi alii, Hermos. in l. 3. *gloss. 6. n. 101. tit. 4. p. 5.*

Ibi: *Sed & Pontificia responso.*

Observant communiter omnes, majoritatem, de qua loquuntur Pontifex in *d. cap. 1. de parochiis*, minime referri ad ætatem, sed ad prioritatem in administratione, ut adnotat cum pluribus Barbosa *collect. ibi, numero 3.* Menoch. *sup. casu 124. num. 4. 5.*

INDEX




# INDEX RERUM OMNIUM, ET VERBORUM,

Quæ in Practicarum Quæstionum D. D.  
Covarruvias Additionibus & Enucleationibus continentur.

*Prior nota Arithmeticæ Paginam, posterior vero marginales numeros indicat.*

A.

*Academia.*



Academia, quæ floret Salmanticae, quando primùm Palentia erecta. p. 11. n. 75. Quando ad Salmanticam transflata. p. 12. n. 77. Academia Complutensis quo tempore instituta. ibid. n. 79.

*Acta, Actio, Actor, & Actus.*

Acta judicialia, veluti probations, faciunt præsumptionem erga tertium. p. 90. n. 16.

Actio hypothecaria in judicio pendente, si res obligata alienetur, quod jus creditoris competit, si vicerit. p. 103. n. 45.

Actori sue intentionis fundamentum incumbit probare. p. 179. n. 12.

Actus præcedens per subsequentem declaratur. p. 26. n. 14.

Actus nullus contra legem, vel rescriptum sustinetur, consentiente illo, cuius favorem respicit nullitas. p. 67. n. 44.

Actus per officiale publicum gesti sententia privatum, à qua appellatum est, tenent eti confirratio sententia subsequatur, non sic in actibus privatis contingit, qui confirmata sententia irriti fiunt. p. 145. n. 15.

Actus ultra intentionem agentis operari non valet. p. 175. n. 42.

Actus qui licet fieri potest, non præsumitur illicite geltus. p. 177. n. 59.

Ad.

Ad ea, quæ raro accidunt, jura non adaptantur. p. 163. n. 39.

*Adipiscendum.*

de Adipiscenda possessione ex l. ult. C. de edif. D. Adrian. tol. remissivè. p. 85. n. 14.

*Administratio, & Administrator.*

Administrationis causâ quis subjicitur, foro non suo. p. 37. n. 84.

Administrator compelli non potest per privilegium, ut in Curia rationes reddat. p. 49. n. 13.

Administrator paratus rationes reddere in loco administrationis, si non ibi recipiantur, an absens cogatur illuc redire. p. 73. n. 27.

Administrator regulariter remittitur ad locum administrationis, ut rationes reddat. ibid.

*Adulterium.*

Adulterii in crimen sententia absolvatoria proficit complici cui condemnatoria non nocet. p. 124. n. 13.

*Advocatio, & Advocatus.*

Advocationis munus clericis interdictum est, sed pro pauperibus licet eis advocate. p. 50. n. 24.

Advocatis unde honorarium solvatur. ibid.

Trajanus primùm Advocatos constituit, salario de publico assignato, ut pauperes tuerentur gratis. ibid.

Advocatis litigantes stipendum debet exhibere. ibid.

Sunt in Hispaniæ civitatibus deputati, ut egenis patrocinium absque honorario ferant. ibid.

Ubi non sunt assignati, quisque advocatus tenetur pauperibus gratis patrocinari, quod jure jurando promittunt cum recipiuntur. ibid.

de Advocatorum salariis, remissive. ibid.

*Egyptus.*

Ægyptiacæ monarchiæ initium. p. 19. n. 129.

*Æstimatio.*

Æstimatio rerum dotalium duplice de causa fieri debet. p. 234. n. 24.

Æstimatio venditionis causâ fieri intelligitur in dubio, tam in dote, quam in cæteris actibus. ibid. n. 2.

*Agila Rex.*

Agila Gothorum Rex in Hispania. p. 5. n. 19.

*Agri-*